

1.
2.
3.
10
14
16
1.
2
3
4
5



1691.

1. Kortbold, Christianus: In Cononem Nicaenum Card.
Baronio et Bellarmino opposita exercitatio.
2. Stykius, Pius Aug: De matrimonio ex ratione
status.
3. Martini, Nicolaus: De jure prioritatis favorabilis

1692.

1. Stykius, Pius Augustus: De proclamatione et
canone homicidae fugitivi.

1693.

1. Martini, Nicolaus: De titulo supereminente
2. Musaeus, Simon Martini: De teste singulari. 2 Sauff.
1693 - 1742
3. Reyperus, Samuel: De natura et jure aquarum
atque aquae ductuum.
4. Reyperus, Samuel: De natura et jure auditus
ac soni.
5. Reyperus, Samuel: De Euclide (Mathematico)

1693.

6. 16. Stykies, Elias Augustus: De eo, quod iustum est circa
ludos scenicos operasque modernas. 2 Summ. 1693? 1696.

1694. Stykies, Elias Augustus: De iuramento purgatorio
in causis civilibus.

1695. Reutherus, Samuel: De tribus argenteis nummis
itaque unciatibus antiquissimis.

2. Stykies, Elias Jacobus: De domicilii mutatione.

3. Stykies, Elias Augustus: De apprehensione delin-
entis fugitivi.

4. Stykies, Elias Augustus: De transactione super delictis.

196
15.
CANONEM
NICENUM
A DD. BAKONIO ET BELLAR-
MINO OPPOSITA
EXERCITATIO.

IN ACADEMIA HUMANIORUM
CHRISTIANO-ALBERTINA,
HESSE

CHRISTIANO KORTHOLT,
S. Theol. D. Pro-Cancellario, & Pro-
fessore Prim.

publice recitandam

exhibet.

Ad diem 14. Octobr.

NICOLAUS HOIER,

Tundera-Schleswig.

Typogr. J. Neumann, Neudamm, Anst. Typogr.



8

687

1692/1^a

4

B. C. D.
 DISSERTATIO JURIDICA
 DE
 PROCLAMATIONE
 ET BANNO HOMICIDÆ
 FUGITIVI,

Vulgò

Baan-Recht.

Quam

IN ILLUSTR
 CHRISTIAN-ALBERTINÀ,

PRÆSIDE

DN. ELIA AUGUSTO STRYKIO,
 I. U. D. & P. P.

Dno. Fautore ac Præceptore suo, omni
 amoris ac observantiæ cultu perpetuò
 devenerando,

In Auditorio majori, ad D. 22 Martii, MDC XCII.

Publica Censura exhibet

AUTOR ET RESPONDENS
 DETLEVUS IOHANNES MAIOR.

Kiliâ - Holfatus.

KILIE,

Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.



P. 436

14



Illustri, Generoso, Excellentissimo
Domino,

DN. MAGNO
à WEDDERKOP,

Sereniss. Cimbrorum Ducis Regentis
Intimo, nec non Status & Camerae Consiliario, Præ-
fecto in Tremsbüttel & Steinhorst, in Sehegarden
Domino Hæreditario, eidemque Rev. Lubec.
Capituli Canonico,

Domino Patrono, & in suscipiendis
Christianismi Primitiis Propatri quondam,
benignissimo,

Primitias has Exercitationis Academicæ
in publicum euntes, eâ, quâ par est,
animi devotione

officiosè ac reverenter
offert

AUT. & RESPOND.



I. N. I.
 CAPUT I.
 DE
 PROCLAMATIONE HOMICI-
 DÆ FUGITIVI EJUSQUE ANTI-
 QUITATE.
 Summaria.

| | | | |
|---|-------------|---|-------------|
| <i>V</i> eteres Germani Justitiæ fuerunt amantes. | n. 1. | Quando hæc Proclamatio primum in usum esse coeperit? | n. 15. seq. |
| Quod probatur. | n. 2. | Prima ejus mentio fit in Speculo Saxo- | |
| Quando Germani adhibuerint Jus fe- | n. 4. | retro? Non tamen Origo ejus ad Tempora Fri- | n. 17. |
| Quando Judicium Bannitorium? | n. 5. | derici II. Imp. demum referenda. n. 18. | |
| Proclamatio in Judicio Bannitorio quid sit? | n. 6. | Sed jam ante Carolum M. observatum hunc procedendi modum esse, vero | |
| Quomodo alias appelletur? | n. 7. | non absimile est. | n. 19. seq. |
| Quid sit Bannum? | n. 8. | Hæc Proclamatio non abrogata est per | |
| Unde appelletur das Baan-Recht? | n. 9. | Receptionem Juris communis in Im- | |
| Quare das Zetter-Geschrey? | n. 12. | perio. | n. 22. seq. |
| Quare das Gerüßte & das Beschreyen? | n. 13. seq. | Confirmata est per Constitutionem Cri- | n. 24. seq. |
| | | minalem. | |
| | | Methodus Dissertationis. | n. 26. |

Perlustrantibus nobis Scriptores, qui de Majorum nostrorum moribus ac institutis aliquid literis consignatum reliquerunt, occurrunt, qui inter alia Justitiæ quoque amorem in illis laudant, justamque in delicta & crimina animadversionem. Ac fanè eò minus de

A



de hoc ipso dubitare nos decet, quod varia adhuc in judiciis nostris ejus rei exstent vestigia; & plura quoque ante annos non adeò multos speciali libello; quem *de singularibus quibusdam & antiquis in Germania Juribus & Observatis* inscripsit, collegerit Just. Georg. Schottelius; quæ tamen magnam partem desuetudine hodiè inumbrata sunt. Non operosus jam ero in recensendis his omnibus, cum & penes dictum Autorem videri possint, & instituti mei ratio id non ferat, cui sufficere poterit adduxisse illos ritus, quibus olim in casu commissi homicidii Majores nostri sunt usi, & quorum adhuc in multis Germaniæ Provinciis, præprimis nostris, frequens est observantia. Solebant enim, si de occisore non adeo certo constaret, illos quos de cæde suspectos habebant, ad cadaver occisi adducere, ac inde, si illud ad præsentiam adductorum sanguinem effunderet, culpam, sin minus, innocentiam colligere; qui modus explorandi veritatem appellatur *das Baar-Recht* / Jus Cruentationis, Feretri, Sandapilæ, & speciali Disputatione sub Præsidio Dni Petri Mülleri, Jcti Jenensis, Ao 1680. est exhibitus, quo benevolum Lectorem remitto: Quando verò de Occisore certò constabat, nec is, vel quod latitaret, vel quod fugam arripuisset, apprehendi poterat, consueverant illum publicè per Præconem adhibitis certis solennitatibus & formulis citare & Homicidii accusare, ubi contra non comparentem præsto erat Banni remedium, de quo proclamandi ritu, & eum subsequente Banno præsentis Dissertatione paulò plenius, quantum quidem vires permiserint, agere mecum constitui.

6 Est autem hæc Proclamatio Actus Judicii Criminalis, quo per quæsitorem homicidium commissum cum

VO-

vociferatione proclamatur hoc fine, ut reus se fittat & de
 dolo se purget, vel convictus homicidii pœnam subeat; si
 vero evocatus sui præsentiâ facere contemserit, contra
 contumacem Bannum decernatur; Vocatur aliàs Cla- 7
 mor violentiæ, Accusatio cum Clamore, Clamor Judi-
 ciarius, Clamor Accusationis, Horrenda Præconis vox 8
 in judicio criminali &c. Bannū verò nihil aliud est quàm,
 coërcitio contumaciæ delinquentis, quâ delinquens cita-
 tus contumaciter emanens ex Jurisdictione alicujus Ma-
 gistratus proscribitur, ac uicuiuis eū apprehendendi &
 Judici tradendi datur potestas. Germanicè illum modum
 procedendi exprimere libuit, *das Bann-Recht*/vocalulô in 9
 his Provinciis magis usitatô, quod vel descendit à Veterum
 Francorum verbo *Bann* / quod citationem sive edictum
 denotavit, *Wehner. in Obs. Pract. voce Baan.* unde *Heers*
Bann / sive *Heribannus*, citatio ad delectum vel exerci-
 tum adhuc hodiè dicitur; *Dn. Fritsch, Tract. de Jur. Lu-*
strat. & Sequel. cap. 8. Th. 3. n. 7. *Godofredus Anton. Diff.*
Feud. 7. Th. 6. Lit. E; vel à voce *Bann* / quod denotat adhuc 10
 in Germaniâ Viam publicam vel territorium, ut ita *bann-*
nen idem sit, ac ejicere aliquem extra territorium, vel
 adimere alicui libertatem commorandi in territorio.
Carpz. Prax. Crim. part. 3. qu. 140. n. 9. unde Bannum pro
 Proscriptione communiter usurpari solet; vel ab alio 11
 verbo *Bann* / quod Germanis denotat Judicium Crimina-
 le vel Sanguinis, & aliàs dicitur *der Bluth-Bann*: *Weh-*
ner: d. l. & voce Acht; ubi dicit, *der Bann über das Bluth zu*
richten / ist nichts anders / weder Potestas Jurisdictionis seu
judiciaria über die Maleficia Rechtliche Audiens und Process
zu halten / und Peinliche Urtheil zu sprechen. Alibi vocatur 12
das Zetter-Geschrey / quasi ein Zitterndes-Geschrey / quod
 A 2 sci-

scilicet per horrendam hanc vocem & trucem clamorem
terror & tremor audientibus incutiatur; vel à verbo
citiren/ ita deducente Albino in *Chron. Misn. tit. 11. Fol. 125.*
quem allegat Besoldus *Thef. Pract. voce Zetter: Geschrey:* In
13 Jure Saxonico dicitur das Gerüffte / *Art. 64. lib. 2. Landrecht:*
In Constitutione Criminali, das Beschreyen. *Art. 67. von*
14 *Beschreyen des Beklagten /* quod cum maximo clamore
peragatur.

15 Quando primùm hic proclamandi ritus in usu esse
cœperit, non adeò certò definiri potest, cum Majores
nostri in eò infelices fuerint, quod literarum culturâ, ma-
ximam partem, usque ad Tempora Caroli M, qui primus
dicitur tentasse Linguam Germanicam rudimentis lite-
rarum exprimere, *Lehman Chronic. Spir. lib. 2. cap. 45. Dn.*
Rhetius Instit. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 2. Th. 28. destituti, nemi-
nem indigenarum, quod tamen aliis populis solenne
fuit, habuerint, qui eorum instituta ac conditionem me-
moriæ prodiderit. Unde illud, quod nobis adhuc de iis
16 superest, Græcis Romanisque Scriptoribus acceptum fer-
re debemus, qui tamen multa, ac nobis, si notitiâ eo-
rum non destitueremur, admodum proficua, vel silentio
præterierunt, vel rebus suis longè post habentes super-
17 cilio quodam obscuritati involverunt. Et hinc quoque
est, quod nullum hujus ritus penes illos reperire liceat
vestigium, & prima (quantum quidem constat) ejus men-
tio fiat in Speculo Saxonico, *Art. 64. lib. 2. LandR. & simil.*
quò ipsò tamen antiquitati & vetustati hujus ritus nihil de-
cedit. Quamvis enim communiter incunabula Juris Saxo-
18 nici in scripturam redacti ad tempora Friderici II. Impe-
ratoris rejiciant, quò imperante Epko à Repkou, Nobilis
quidam Saxo, ad instantiam Hoyerii Comitis de *Falkena*
Stein

Stein/ Jus illud collegisse, ac in tres libros distribuisse fer-
 tur; ut ita ad hæc tempora etiam Origo hujus ritus re-
 ferenda videatur, intelligendum tamen hoc tantum de
 Speculo Saxonico, quò in præsentì utimur: Certum e-
 nim est, jam tùm Carolum M. Imperatorem jusfisse Jus 19
 Saxonicum describi, ac subsequenter temporibus Bur-
 chardum à Mangefeld / aliosque exstitisse, qui Jus illud
 Commentariis suis, quos tamen temporum injuria no-
 bis iterum subtraxit, illustrarunt, prout prolixè demon-
 strat Petrus Heigius *Part. 1. Qu. 8.* Utut enim, referente 20
 Tacito, plus apud Germanos veteres valuerint boni mo-
 res, quàm bonæ leges, negari tamen etiam nequit, ha-
 buisse quoque eos Jura sua Statutaria vel Consuetudi-
 naria, quæ ex Observantia accedente bono & æquo na-
 ta erant; Dn. Stryk. *de Usu & Autorit. Jur. Rom. in for. Germ.*
Usui moderno ff. præmisso §. 1. ex quibus Juribus consuetu-
 dinariis, das Röhr-Recht oder Herkommen dictis, ad quæ
 optimo Jure hic procedendi modus referri potest, Jus 21
 illud Saxonicum postea collectum & natum esse dicit
 Schottel. *in Dedicat. alleg. Tract.* ut proinde satis ex his ap-
 pareat, jam ante Carolum M. & Speculum Saxonicum
 hujus ritus exstitisse initia.

Ab eo tempore remansit hujus Proclamationis Au-
 toritas, nec sublata esse existimanda est per Jura Com-
 munita, tam Canonica, quàm Romana, quamvis hæc
 postea publicâ etiam autoritate in Germania recepta
 sint, & hanc proclamationem non requirant, quippe u-
 bi evidentia patratî criminis accusatoris clamore non
 indiget, *C. 9. X. de Accus.* Receptum enim Jus Commune 22
 quidem in Germaniâ, attamen non ita, quasi eò solò in
 Germania vivendum esset, & quicquid olim moribus

Majorum introductum, penitus deberet esse explosum; nusquam enim ferè in Constitutionibus Imperii reperitur textus, ubi non Jus Commune & recepti mores sibi jungantur. Videatur Dn. Stryk. *Disc. Prælim. de Usu & Autor. Jur. Rom. in for. Germ. usui moderno ff. præmiss. Th. 27. & 28.*

24 Quin imo hæc proclamatio expressè in Constitutionibus Imperii legitur esse confirmata. Cum enim Carolus V. Imperator Judicia Criminalia Germaniæ incuria eorum, quibus Jurisdictio Criminalis competebat, nimium quantum depravata, emendare per Constitutionem suam criminalem constituisset, hujus quoque ritus mentionem facit, & eum confirmat: *Art. 87. ibi. mit dem Beschreyen der Ubelthäter soll es im selben Stück auff Gegengewertigkeit und Begehren des Klägers nach jedes Gerichts guter Gewohnheit gehalten werden*: quem textum quidem variè explicant, ac mox de hoc, mox de illo casu intelligunt
25 Doctores, cum in illis locis vixerint, ubi hæc proclamatio incognita esset; quoniam tamen verba ejus satis clara sunt, quin ad præsentem materiam illum cum Matthia Stephani Jcto Gryphiswaldensi *in Comment. ad d. art. trahere liceat, nihil vetat.*

26 In tractanda autem hac materia communem observabo methodum, primò explicandò, quis hanc Proclamationem decernat, deinde, in quibus casibus obtineatur, postea quomodo fieri debeat, & tandem quis ejus sit finis & effectus.

CA-

CAPUT II.
DE
CAUSA EFFICIENTE HUIUS
PROCLAMATIONIS, SIVE DE PERSONIS,
HANC PROCLAMATIONEM PERMITTENTIBUS
VEL DECERNENTIBUS.

Summaria.

| | | | |
|--|-------------|--|---------------|
| T ransitus. Requiritur ut <i>Judex sit competens</i> | n. 1. | <i>An Jurisdictio Criminalis alteri possit mandari?</i> | n. 21. seq. |
| <i>Scilicet ut habeat Jurisdictionem Criminales.</i> | n. 2. seq. | <i>Quis in Ducatu Slesvicensi proclamationem hanc concedat.</i> | n. 24. seq. |
| <i>Hæc olim nemini competiit, nisi cui in specie concessa.</i> | n. 4. seq. | <i>An concessa omnimoda Jurisdictione etiam concessa sit Jurisdictio criminalis?</i> | n. 27. seq. |
| <i>Hodie de eâ ex consuetudine judicandum.</i> | u. 6. seq. | <i>Judex debet esse competens ratione fori.</i> | n. 30. |
| <i>Est vel Patrimonialis vel Personalis.</i> | n. 12. | <i>Quotuplex sit forum delicti?</i> | n. 31. seq. |
| <i>Quis in hac Provincia possit proclamandi licentiam dare.</i> | n. 13. | <i>Quis censeatur competens ad concedendam hanc proclamationem.</i> | n. 35. seq. |
| <i>Nobiles hîc habent omnimodam Jurisdictionem, ratione prædiorum suorum.</i> | n. 14. seq. | <i>Quis dicatur locus delicti?</i> | n. 37. |
| <i>Hinc & Emptor prædii, licet non sit Nobilis, hanc proclamationem permittit.</i> | n. 17. seq. | <i>Quis permittat proclamationem, si quis in uno loco vulneratus, in altero mortuus?</i> | n. 38. & seq. |
| <i>Sicuti & Conductor prædii Nobilis.</i> | n. 19. seq. | <i>Quid si in Confinio Homicidium commissum?</i> | n. 40. seq. |

CUm præcedenti capite dictum sit, hanc proclamationem esse actum Judicii Criminalis, omnia verò quæ in Judicio expedienda sunt, autoritate Judicis fieri debeant; necessum quoque est, ut hujus proclamationi-



8 CAP. II. DE CAUSA EFFICIENT. HUIUS PROCLAMAT.

2 mationis à Judice petatur licentia: Quâ ratione cum A-
ctus Authoritate Judicis incompetentis gestus, Vitium
nullitatis contrahat, *tot. tit. C. Si a non comp. Jud. judicat.*
3 *esse dicitur*, circumspiciendum est, quis judex dicatur com-
petens, ut ab eo licentia proclamandi peti possit. Æsti-
matur autem Judicis competentia in Criminalibus dupli-
citer; & ratione imperii & ratione fori, quorum utrumq;
4 concurrere oportet. *Carpz. Prax. Crim. Part. 3. qu. 109. n. 2.*

Ratione Imperii requiritur, ut habeat Jurisdictio-
nem Criminalem: postquam enim Jure Romanô diffe-
rentia introducta inter mixtum & merum imperium,
ac moribus nostris distingui cœptum inter Jurisdictio-
nem Civilem (quæ & inferior vocatur) & Criminalem
5 (quæ aliis superior audit,) quarum illa in causis civili-
bus exercetur, hæc vero circa criminalia & delinquen-
tium pœnas occupatur, vid. *Dd. ad Tit. ff. de Jurisd.* ita
semper observatum legimus, ut, ad vitandam Jurisdi-
ctionum confusionem, nec Judici Causarum Criminali-
um in Civilibus, *Scaccia de Appellat. qu. 17. Limit. 47. memb.*
3. n. 10. nec Judici Causarum Civilium in Criminalibus
ulla sit Jurisdictio *Carpz. d. qu. 109. n. 3.* *Mantzius ad Const.*
Crim. Art. 12. n. 36.

6 Quamvis autem Jurisdictio Criminalis, aut, si dice-
re mavis, merum Imperium, de jure Romano nemini,
nisi ex speciali concessione, primum populi, dein Impe-
ratorum, competierit. *L. 1. princ. ff. de officio ejus cui mand.*
est Jurisd. Strauch. Diss. 20. ad Jus Justin. Th. 7. Dn. Struv.
7 *Synagm. Jur. Civ. Exerc. 4. Th. 75.* & à Germanis antiquis
etiam primò in conventibus publicis & comitiis sit exer-
cita, *Conring. de Republ. Rom. Germ. Dissert. de Judic. Res-*
publ. germanic. Th. 8. § 14. Dn. Rhetius Instit. Jur. publ. lib. 1.

28. §

089.

SIVE DE PERSONIS HANC PROCLAM. PERMITTENT. 9

Tit. 2. Th. 37. postea verò sub imperio Francorum certis
Gravionibus administranda commissa: *Conring. d. l. Th.*
28. & Dissert. de Duc. & Comit. Imp. Germ. Th. 15. ut proinde
dicendum videatur, neminem hanc proclamationem per-
mittere & decernere posse, nisi ipsi in specie Jurisdictionis
Criminalis sit concessa; Rectè tamen monent *Dd. in deli-*
neanda Jurisdictionis hodiernæ, præsertim Criminalis,
indole ad consuetudinem cujusvis loci, quam omnium
Jurisdictionum originem formam & principium vocat
Röppen part. 1. Decis. 48. n. 24. respiciendum esse, nec tu-
tò Germanorum antiquorum moribus infisti, *Dn. Rhe-*
tius Diss. Jur. Publ. de Dignit. Imper. Rom. Germ. cap. 2. n. 218.
vel ad Leges Romanas recurri posse. *Mevius part. 4.*
Decis. 290. n. 7. Carpz. d. qu. 109. n. 6. Dn. Stryk. usu mod. f.
tit. de Jurisd. Th. 1.

Hinc cum moribus nostris Jurisdictionis, etiam cri-
minalis, dividi cœperit in personalem sive administra-
toriam, & patrimonialem, quæ etiam Prædatoria vo-
catur, quarum illa unâ cum officio confertur, ut id
sæpissimè non exprimat, ac Præfectis in suis Amba-
tibus & Districtibus, ut plurimum etiam Civitatum mu-
nicipalium Magistratibus competit, hæc verò prædio
cohæret, & in patrimonio nostro non minus, ac alia a-
liqua res, esse censetur; *Lauterbach ad ff. de Jurisd. Th. 43.*
Dn. Stryk. d. l. Th. 18. Mevius part. 1. Decis. 45. & part. 2.
Decis. 314. Schweder. Introd. in Jus publ. part. spec. sect. 2. cap.
13. Th. 12. Myler ab Ehrenbach de Princip. & Stat. Imp. cap. 43.
Th. 15. sequitur non tantum à Præfectis Regiis aut Duca-
libus & Magistratibus Civitatum, sed & à Nobilibus li-
centiam proclamandi peti, & tam ab illis, ob concessio-

B

nem

10 CAP. II. DE CAUSA EFFICIENT. HUIUS PROCLAMAT.

nem Superioris, quàm ab his, ob cohæſionem Jurisdictionis cum prædiis ſuis, licitè concedi & decerni poſſe.
14 Idque eò minus dubii in hoc Ducatu Holfatiæ habet, cum hîc ſola prædii nobilis poſſeſſio inferat poſſeſſionem Jurisdictionis Criminalis, ac omnes Nobiles indiftinctè mixto & mero imperio, & ita omnimodâ Jurisdictione, in prædiis ſuis gaudeant. conf. Fuchſii *Holfteiniſch Ding uud Recht. Th. 9.* quod & de Pomerania teſta-
15 tur Mevius *part. 1. Decif. 45. n. 2.* Cui non refragatur, quod alias Princeps dicatur fons & origo omnis Jurisdictionis, à quo Jurisdictionis fluit & refluit, ſicut flumen ad mare, Pegvera *Decif. 36. n. 1.* & hinc unusquiſque, qui Jurisdictionem ſibi adſcribit, eam Principi acceptam ferre te-
16 neatur; Ziegler *de Jur. Maj. lib. 1. cap. 29. th. 17.* adest enim hîc, licet non expreſſa, attamen tacita Principis conceſſio, dum ſemper Nobilibus Jurisdictionem Criminalem in prædiis ſuis exercere permittit; quo ipſo Nobiles eam ſibi quaſi propriam reddiderunt, & præſcripſerunt. Conf.
17 Engelbrecht *de Jurisd. Concluſ. 172.* Inde Jurisdictionis ſemel patrimonialis & Jus prædiorum facta, pertinentiarum numero eſſe cœpit; Thoming. *Vol. 1. Conf. 20. n. 73.* Fi-
18 chard. *lib. 1. conf. 20. n. 20.* quos allegat Mevius *part. 2. Dec. 314. n. 2.* & hinc, vendito prædio, in emtorem, aliumque ſucceſſorem ſingularem, ſive ille Nobilis ſit, ſive non, tranſit: Lauterbach *d. Th. 43.* Roſenthal *de Feud. cap. 5. concl. 6.* Gailius *lib. 2. Obſ. 62. n. 9.* ut proinde etiam ab eo tali in
19 caſu proclamandi licentia ſit petenda. Quin & in caſu, ſi Nobilis, fortè quod peregrè abſit, aut aliud prædium inhabitet, prædium ſuum alteri locaverit, a conductore proclamandi licentiam petendam eſſe exiſtimo. Locato e-
nim

690.

nim prædio cum pertinentiis etiam Jurisdictio Crimina- 20
 lis simul locata censetur; Carpz. lib. 5. Respons. 15. præpri-
 mis si in Contractu locationis meri imperii mentio facta.
 Dn. Stryk de Caut. Contr. Sect. 2. cap. 9. Th. 12. Utut enim de 21
 Jure Civili merum Imperium (excepto casu absentia) alii non mandari, & ita nec locari potuerit, L. 6. ff. de of-
 fic. Procons. L. 1. princ. ff. de offic. ejus cui mandata est jurisd.
 moribus tamen nostris & Jure Carolino laxior illis, qui 22
 bus ratione prædii Jurisdictio competit, circa hunc pas-
 sum concessa est facultas, ita ut illis Jurisdictionem Cri-
 minalem alteri locare non sit prohibendum: Const. Crim.
 Art. 2. ibi *Auß andern Ungeschicklichkeiten nicht verwesen mögene
 so oft das auß Noth geschieht*; Stephani ad d. Art. 2. Mantzius
 ad dict. Art. n. 6. & seq. Brunn. Process. Crim. cap. 3. n. 48. & seq.
 Dn. Stryk ad Tit. ff. de officio Ejus cui mand. est Jurisd. n. 5. & 6. &
 licet Imperator Carolus V. ibi requirat, ut id faciant Autho- 23
 ritate & Consensu Superioris, mores tamen nostros consen-
 sum hunc non amplius exigere testatur Brunnem. d. l. n. 51.

Quantum ad finitimum Ducatum Sleswicensem, alia
 res est: Cum enim ibi non simpliciter affirmari possit, quod 24
 Jurisdictio sit pars prædii, & adhuc distinguatur inter Ju-
 risdictionem Superiorem & Inferiorem, consequens est,
 quod, uti nemo, nisi qui superiorem jurisdictionem, die
 hohe Biret /habet, actus meri imperii exercere potest, ita
 & nemo alius hanc proclamationem decernere ejusque
 licentiam concedere possit. Interesse tamen existimo, u-
 trum reperiantur Nobiles in prædiis suis Jurisdictionem 25
 criminalẽ exercuisse, an verò de eo non constet: Illo casu,
 etsi vel unicus tantum actus exercitæ Jurisdictionis crimi-
 nalis appareat, ipsis hanc licentiam permittendi procla-

mationem non puto esse denegandam, cum exercita semel Jurisdictio faciat præsumtionem Juris semper competentis: Mynsinger. *Cent. 1. Obs. 39.* hōc verō casu non prædii, sed ejus, cujus est territorium, vel qui in districtu illo aliàs jurisdictionem Criminalem habet, hæc potestas esse intelligitur juxta regulam, Cujus est Territorium, illius etiam est Jurisdictio, *Röppen part. 1. Decis. 42. n. 10.* conf. *Mevius part. 2. Dec. 314.* Et huc poterunt omnia illa trahi, quæ aliàs apud Dd. satis prolixè disputantur, an concessâ Jurisdictione simpliciter, vel etiam omnimodâ, veniat merum Imperium, sive Jurisdictio Criminalis, & per Consequens facultas permittendi & decernendi hanc proclamationem? quam quæstionem negant *Knichen de jur. territ. cap. 1. n. 281.* *Stephani de jurisd. lib. 1. cap. 38. n. 10.* *Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 4. Th. 80. & Syntagm. Jur. Feud. cap. 6. Aphor. 18. n. 4.* rectius verò affirmant *Carpz. part. 2. Const. 40. Def. 6. & Prax. Crim. part. 3. qu. 109. n. 89.* *Dn. Rhetius Inst. Jur. publ. lib. 2. Tit. 6. Th. 3.* *Mevius part. 4. Decis. 290. n. 8.* *Besoldus part. 6. Conf. 270. n. 9. & seq.* quorum rationes, una cum responsionibus ad contraria, ibi videri possunt.

30 Ulterius requiritur, ut Judex à quo hæc licentia petitur, etiam sit competens ratione fori, *Carpz. part. 3. qu. 110. n. 1. & seq.* Contingit autem hæc competentia fori in Criminalibus tripliciter: vel ratione domicilii delinquentis, propter generalitatem hujus fori, *L. 1. C. ubi de Crimin. & ibi Brunnem, n. 21. & seq.* *Carpz. d. l. n. 9.* *Mevius part. 4. Decis. 176.* vel ratione delicti commissi, *d. l. 1. & ibi Brunn. n. 2.* sive delinquens ibi reperiatur, sive absens sit, *L. 3. ff. de re mil.* *Carpz. d. l. n. 13. & 47.* *Lauterbach ad tit. ff. de judic. Th. 51.*

Th. 51. vel ratione deprehensionis d. L. 1. ibique Brunnem. 33
n. 19. Carpz. d. l. n. 69. Dn. Struv. Exerc. 9. th. 45. quod qui-
dem aliqui ad eum casum restringunt, si delinquens sit 34
vagabundus; Cothman. Vol. 3. Conf. 30. n. 63. & ibi alleg. Ob
generalitatem tamen tam d. l. 1. quam L. 3. & 13. ff. de Offic.
Pres. de quocunque delinquente, etiam non vagabundo,
intelligendum est; Brunnem. in Proc. Crim. cap. 3. n. 5. An-
ton. Matthæi ad lib. 48. ff. tit. 13. cap. 4. Quemadmodum 35
autem ex his tribus Judicibus competentibus ille meri-
tò præferendus, sub cujus Jurisdictione delictum com-
missum, Dn. Struv. d. l. th. 47. Carpz. d. l. n. 15. tum quod
certiores probationes, Judice quasi in re præsentis cogno-
scente, haberi possint, Nov. 69. cap. 1. §. 1. tum quod plus
solatii accedat læsis, si in eorum conspectu, & in loco de-
licti commissi, vindicta de delinquente sumatur, l. 28. §.
pen. ff. d. pen. ita, quantum ad præsentem casum, ubi Ca- 36
daver occisi simul producendum, Judicem istius loci, ubi
delictum commissum, tantum competentem esse satis patet.

Dicitur autem locus delicti commissi non tantum 37
 ille, ubi quis accepto ictu occubuit; sed etiam ille,
 ubi lethaliter aliquis vulneratus, licet postea alio in
 loco, ex illo tamen vulnere, decesserit: deli-
 ctum enim eò ipsò, quo à delinquente perpetratur,
 quod fit per vulnerationem, perficitur, suamque acci-
 pit formam, per quam dicitur delictum. *L. 15. princ. L.*
51. ff. ad L. Aquil. & hinc eventus postea secutus retro-
trahitur ad tempus vulnerationis, unde tali in casu à ju- 38
dice illo, sub cujus jurisdictione vulnus inflictum, li-
centia proclamandi petenda erit; Carpz. l. 2. Resp. 28. Ste-
phani ad Conf. Crim. Art. 137. in fin. Lauterbach ad Tit. ff. de

14 CAP. II. DE CAUSA EFFICIENT. HUIUS PROCLAMAT. &c.

³⁹ *Judic. Th. 15.* quemadmodum hunc in modum in casu, ubi aliquis sub jurisdictione Præfecturæ lethaliter vulneratus, ex eò vulnere in hâc urbe decesserat, non Judicem oppidanum, sed Præfecturam competentem esse, à Facultate Juridicâ hujus loci, ad requisitionem Judicii Inferioris, Anno 1689. mense Majo, responsum esse accepi.

⁴⁰ Quod si in Confinio homicidium commissum, aliqui Judicem competentem dicunt, in cujus territorio caput reperitur, alii eum, cujus terram pedes pressere, alii ex eo judicare volunt, ubi cor, seu pars corporis, quæ cor complectitur, jacet; videantur *Dd. alleg. apud Brunn. ad L. 34. ff. de relig. & sumt. funer. n. 2. Berlich. part. 1. Decis.*

⁴¹ *62. Carpz. d. qu. 110. n. 26. & seq.* Verum cum ex situ partium corporis lubricum admodum ducatur argumentum, siquidem variè jactantur moribundi, & rarissimè contingit, ut citra agitationem aut motum vulneratum corpus rectâ procumbat, aut protinus corruat: in hâc ⁴² re ambiguâ, eam puto assumendam esse sententiam, quæ magis vindictæ innocenter effusi sanguinis favet, & utrumque Judicem ad cognitionem & punitionem criminis admittit; ita tamen ut præventioni locus sit: *Carpz. d. qu. n. 34. Lauterb. d. l. Th. 50. Brunnem. Proc. Crim. cap. 3. n. 16. Dn. Fritsch. tract. de regal. Viar. publ. jur. cap. 10. n. 22. Dn. Struv. Exerc. p. Th. 46.* ex quibus facile colligi poterit, à quo Judice tali casu licentia proclamandi petenda sit.

CA.

092.

CAPUT III.
 DE
OBJECTO HUIUS PROCLAMA-
TIONIS, SIVE DE CASIBUS, IN QVIBUS
HÆC PROCLAMATIO OBTINET.

Summaria.

| | |
|--|---|
| O bjectum est Homicidium. n. 1. | Hinc cessat 1. in Homicidio casuali. n. 30. |
| Ubi requiritur I. ut delinquens de- | 2 In Homicidio culposo. n. 31. |
| prehendatur in facto manuali. n. 2. | 3 In Homicidio necessario. n. 32. |
| Quid sit factum manuale? n. 3. | An etiam in Homicidio in Duello com- |
| Hoc tamen hodie non necessarium. n. 4. | missio? n. 33. seq. |
| Delictum non debet esse pernoctatum. n. 5. | IV. Ut constet certo de delinquente. n. |
| Quid sit delictum pernoctatum. n. 6. seq. | 37. seq. |
| Quid si copia Judicis haberi nequeat? n. 7. | Quid sit Bestehenen? n. 39 |
| n. 8. seq. | Quomodo hodie de delinquente consta- |
| Quomodo procedendum, si crimen per- | re debeat? n. 40. |
| noctatum sit. n. 10. | An constare debeat de nomine delin- |
| Ubi hoc casu delinquens citandus? n. 11. | quentis? n. 41. seq. |
| Hodie hæc differentia non amplius at- | Quid juris circa proclamationem in Ho- |
| tenditur. n. 12. seq. | micidio à pluribus in tumultu com- |
| II. Ut constet de corpore delicti. n. 14. | missio? n. 44. seq. |
| Quid sit corpus delicti? n. 15. | V. Ut delinquens sit in fuga. n. 47. |
| Olim probatum per certa signa. n. 16. | Hinc cessat proclamatio, si reus sit in- |
| Unde illa desumpta sint? n. 17. | carceratus. n. 48 |
| Hodie hæc signa non amplius in usu sunt. n. 18. seq. | Si se offerat ad defensionem, & petat |
| Sed probatur corpus delicti per inspe- | salvum conductum. n. 49 |
| ctionem cadaveris. n. 20. seq. | An ipsi Salvus Conductus concedendus? n. 50. seq. |
| Ita tamen ut admittatur probatio in | An proclamatio omitti possit ad instan- |
| contrarium. n. 22. | tiam propinquorum delinquentis. n. 53. seq. |
| Inspectione omisâ non est locus procla- | Negatur. n. 57. seq. |
| mationi. n. 23. | Potest tamen ad certum tempus differi. n. 61. |
| Limitatur. n. 24. seq. | |
| III. Ut delictum mereatur poenam ultimi | |
| supplicii. n. 27. seq. | |

Ob-



Objectum huius Proclamationis constituit delictum Homicidii, non quidem unum quodvis, sed illud tantum, circa quod sequentia requisita juxta tradita Dd. concurrunt: Requiritur enim

1. Ut Reus sit deprehensus in crimine flagrante, seu facto manuali, *auff handhaffter That / Art. 64. lib. 2. Land R. ibi. wo keine handhaffte That ist / da muß man ohne Gerüffe klagen; ergo è contrario, wo eine handhaffte That / da muß man mit Gerüffe klagen; Carpz. part. 3. qu. 136. n. 91. Schottelius de sing. quib. in Germ. Jur. cap. 3. §. 5. pag. 67. Dicitur autem aliquis in facto manuali deprehendi, quando vel in facto ipso, vel in fugâ criminis, dum eum familia Judicis persequitur, & antequam se ad locum securitatis, quem petit, recipiat, deprehenditur: *arg. L. 3. in fin. & L. seq. ff. de furt. Carpz. d. l. 92. quod etiam dispositum Art. 35. lib. 2. Land R. ibi. die handhaffte That ist das / so man einen Man begreiff in der That oder in der Flucht der That / conf. Schottel d. l. ubi addit, nemlich wenn die That mit der Faust thätlich und mit Gewalt verrichtet wird / oder kurz vorher verrichtet worden.* Verum hoc ipsum hodierni mores adeo immutarunt ut proclamationi tantum loc⁹ sit, si delinquens absens, non vero si deprehensus & incarceratus; de quo inferius.*

2. Ea propter loco huius requisiti necesse esse volunt, ut accusatio in continenti sit facta, antequam crimen pernoctatum sit, das die Klage nicht übernächtig worden sey. *Carpz. d. l. n. 91. Art. 70. lib. 1. Land R. circa fin. Schottel. d. l. König Proc. tit. Wie man die jenigen / so freveln / mißhandeln / und Ungerichte begehen / durch Peinliche Klage in die Verfestung oder der Acht beständiger Weise möge erklagen.* Dicitur crimen non pernoctatum, Eine unübernächtige That / quando horæ

vi.

695.

viginti quatuor à crimine perpetrato nondum sunt præterlapsæ; *Art. 57. lib. 1. LandR. ibi. binnen Tag und Nacht:* Unde si hodie horâ decimâ antemeridianâ, vel horis subsequentibus, homicidium committeretur, cras horâ nonâ hanc proclamationem ritè fieri posse, cum horæ viginti quatuor à delicto commisso nondum effluxerint, licet nox intervenerit, dicit *Carpz. d. l. n. 97.* Quod si copia Judicis haberi nequeat, dicunt, accusationem fieri debere coram ministro Judicii, vor dem Frohn-Bohten / ne crimen pernoctetur, *Art. 70. lib. 1. LandR. ibi ist aber der Richter ausser seinem Gericht/als dieses geschieht/so klage man es dem Frohn-Bohten/an des Richters Staat; Hat er dieser Klage Gezeugen/ des ersten Tages/als der Richter wieder zu seinem Gericht komet/man ächtet jenen/ als ob die That desselben Tages geschehen wäre: quod ipsum hodie vel ad Scabinos, vel ad Actuarium in loco Judicii præsentem applicare licebit.*

Quod si verò Crimen jam pernoctatum sit, wenn die That übernächtigt worden / proclamationem quidem etiam peti, & ad Bannum agi posse, statuunt, sed non in continenti, cum ita requiratur, ut servatò Juris ordine & constitutò certò terminò, in quo reus se sistere debet, procedatur; & si in eo termino non comparuerit, demum huic Proclamationi & Banno locus relinquatur, *Glossa ad art. 66. lib. 1. LandR. lit. B. Carpz. d. l. n. 67. König proc. tit. wie man den Thäter nach übernächtiger Mißhandlung in die Acht erklagen soll: ubi notandum, quod illa citatio delinquentis fugitivi, non ut aliàs moris est, in tribus distinctis territoriis affigi soleat, sed in loco commissi delicti tantum publicè per Proclama fiat, Carpz. d. l. n. 89. Sed nec hanc differentiam, inter crimen perno-*

C

Sta- 12

Etatum, & non pernoctatum, mores nostri amplius attendunt; experientia enim testatur, proclamationem aliquando tertiô vel quartô demum die post commissum homicidium, aliquando etiam tardius peragi & ad Ban-
 13 num procedi solere; quin & ea, quæ modo de differentia inter crimen pernoctatum & non pernoctatum adducta sunt ex jure Saxonico, illa tempora respicere arbitror, quibus per modum accusationis contra delinquentes tantum procedebatur, ut proinde hodiè aliud dicendum sit, ubi processus inquisitorius æquè ordinarium in delictis remedium est, ac accusatio, & Judex ex officio ad inquirendum, etiam nemine admonente, teneatur. *Brunn. proc. Crim. c. 1. n. 9. seq.*

14 II. Requiritur Dd. ut constet de corpore delicti, *Carpz. d. qu. 136. n. 98.* Schottel. *d. l. pag. 67.* VVehner. *Observ. Pract. voce Acht = Gericht.* sicuti illud in omnibus delictis facti tam permanentis, quam transeuntis, necessarium est. Per corpus delicti hîc cum Dd. intelligo non tantum ipsum corpus exanime; sed etiam certitudinem, aliquem re verâ ab alio dolosè esse occisum. *Carpz. part. 1. qu. 26. n. 3.* Tabor *Tract. de Tort. & indic. delict. cap. 4. Th. 3.* Ad hoc corpus delicti probandum, olim certis signis, Germanicè *Leib-Zeichen* / utebantur, quæ ad instantiam actoris à ministro Judicii, dem *Frohne Bohren* / in Judicio produci debebant *König proc. tit. Wie der Richter sein Peinlich = Noth = Halß = Gericht besagen sol* / Schottel. *d. l. pag. 68.* & desumpta erant nonnunquam ex cadavere ipso, nonnunquam ex ipsius vestimentis sanguine conspersis: *König proc. tit. Wie man den Thäter nach übereicheiger Mißhandlung in die Acht erlagen*

Flagen sol/ *ibi*: Wiewol man etwan hat ganze Hände oder Finger abgelöset/ so nimbe man doch zu dieser Zeit an den Enden/ da man der Gewohnheit nachhandeln wil/ gemeiniglich nicht mehr/ den ein Stück vom Kleide des Entleibten/ oder eine Locke Haars *zc.* Verum sicuti hæc signa ad probandum ¹⁸ corpus delicti admodum fallacia sunt, quod ipse König agnoscit *d. l. ibi.* Welches doch ja eine zweiffelhafte Beweisung ist/ die da nicht beschleüßt/ den es folget nicht/ da ist ein Daume eines Menschen/ darumb ist er des Entleibten gewesen/ *zc.* ita eorum productio in desuetudinem abiit, cum de corpore delicti ex inspectione cadaveris hodiè Judici satis constare possit. *Carpz. d. qu. 136. n. 99.*

Quod si enim hæc inspectio à Medicis vel Chirugis in ²⁰ præsentia Iudicis, Scabinorum & Actuarii justè ac legitimè facta, quemadmodum disponit *Const. Crim. Art. 149.* & latius persequitur *Dn. Feltmann. integr. Tract. de Cadav. insp. Carpz. part. 1. qu. 26. n. 19. & seq.* corpus delicti, ²¹ sive vulnus lethale fuisse, ac ex eo vulneratum obiisse, sufficienter per relationem ipsorum probari patet ex *C. 18. X. de Homic. Add. Carpz. d. l. n. 24. Dn Stryk, de jur. Sens. Diff. 1. cap. 2. n. 17. & seq.* ita tamen, ut si reus contrari- ²² um velit probare, non repellendus sit, cum assertiones & attestations Medicorum in rem judicatam nunquam transeant; *Carpz. d. l. n. 47. & part. 1. Const. 26. Def. 5. Gailius lib. 2. Observ. 11. Dn. Stryk. d. l. cap. 3. n. 15. & seq.* Cum itaque ex hâc inspectione de corpore delicti con- ²³ stet, tantæ necessitatis eam dicunt, ut eâ omissâ, vel non legitimè factâ, ad pœnam homicidii ordinariam, & per consequens ad hanc proclamationem deveniri nequeat, cum semper dubium remaneat, an ex vulnere

20 CAP. III. DE OBJECTO HUIUS PROCLAMATIONIS

- illato, an verò ex alio symptomate vulneratus decesserit. Carpz. *d. l. n. 51.* Mauritius *part. 1. Conf. 24. n. 2.*
- 24 Damhouder *prax. Crim. cap. 75. n. 1. seq.* Sed hæc quidem vera existimo, quando dubium subesse poterat, an ex vulnere secuta fuisset mors; si enim vulneratus telo lethifero incontinenti decesserit, & forsan copia Medici aut Chirurghi haberi non possit, etiam non adhibitâ inspectione proclamationem hanc fieri posse omnino verius est, per ea quæ habent Brunn. *proc. Crim. cap. 7. n. 20.* Dn. Stryk. *d. cap. 3. n. 23. §. seq.* Oldekop. *Obs. Crim. tit. 4. Obs. 47. n. 8.* Cum enim animus occidendi in delinquente adsit, imò ex facto illicito abunde colligatur, armorum quoque genus, quò vulneratio facta, mortiferum sit, quod itidem occidendi animum satis innuit, & denique mors ipsa incontinenti sequatur, ut ita nihil malo vulnerati regimini imputari possit, frustra sanè de
- 26 corpore delicti dubitatur: Quod ipsum etiam *Const. Crim.* inspectionem cadaveris aliàs exigenti, nequaquam adversatur; cum illa in specie loquatur de morte, non incontinenti, sed ex intervallo secutâ, uti patet ex *Art. 147. ibi: So einer geschlagen wird/ und über NB. etliche Zeit darnach stürbe/ also das zweiffelich wäre / ob Er der geklagten Streiche halben gestorben wäre / oder nicht &c.* quæ verò incertum casum Imperator de necessitate requirit, ea in casu contrario necessaria non sunt.
- 27 III. Requirit, ut homicidium taliter qualificatum sit, ut mereatur pœnam ultimi supplicii, *Weichbild Art. 38.* Schottel. *d. l. pag. 68.* Si enim ex qualitatibus & circumstantiis delicti Judex advertat, reum, quantumvis de crimine confessum & convictum, mortis supplicio

695.

cio affici non posse, proclamationi huic nequaquam locus est. Carpz. part. 3. qu. 136. n. 110. Proinde cum ad pœnam homicidii ordinariam infligendam in delinquente semper requiratur dolus, vel animus occidendi, sive directus, sive indirectus, Carpz. part. 1. qu. 1. n. 31. & part. 4. Const. 7. Def. 8. n. 1. Dn. Struv. Exerc. 49. Thes. 42. vers. formale verò, eò verò deficiente ordinaria pœna non habeat locum, L. 1. ff. §. 3. ff. ad leg. Corn. de Sicar. C. 47. Distinct. 50. 29
 Carpz. part. 1. qu. 27. n. 23. Esbach ad Carpz. part. 4. Const. 43. Def. 5. n. 5. sequitur, quod in illis casibus quoque hæc proclamatio non obtineat. Ita ergo cessat (1) in homicidio merè casuali, ab eo, qui in re licita licitò modò versatur, commisso; hoc enim ab omni culpa, multò magis dolo, vacuum, eaque propter penitus impune est, L. 5. C. ad L. Corn. de Sic. ibique Brunnem. Const. Crim. Art. 146. & ibi Dd. Carpz. part. 3. Decis. 296. & Prax. Crim. part. 1. qu. 27. n. 50. & seq. (2) Cessat etiam in homicidio culposo, si quis vel in re illicita, absque dolo tamen, vel in re licita, sed non licitò modò versetur & alterum occidat, cum & hîc deficiente dolo extraordinariæ tantum pœnæ locus sit; Carpz. d. qu. 27. n. 10. & 24. Gomez variar. resol. l. 3. cap. 3. n. 16. (3) Cessat in homicidio necessario ob defensionem sui commisso, hîc enim occisor, si moderamen inculpatæ tutelæ, ratione causæ, modi & temporis, observaverit, ab omni pœnâ immunis est. Carpz. d. part. 1. qu. 28. n. 30. & part. 4. Const. 8. Def. 1. Gailius lib. 2. Obs. 110. n. 10. & licet illud excesserit, non tamen statim pœnâ homicidii ordinariâ afficiendus venit, vid. Carpz. d. part. 1. qu. 29. 30. & 31.

Sed quid si in duello homicidium commissum, num-

C 3

ne

ne hoc casu proclamationi locus erit? Distingunt hinc communiter Dd. an provocans alterum occiderit, an
 34 provocatus; illo casu dicunt ordinariam pœnam, atque
 ita quoque hanc proclamationem, obtinere, licet in duelo primum succubuerit, & se non nisi cum occisione provocati defendere potuerit, cum suâ sponte se periculo subjecerit, & ille, qui ab initio alterum offendit, defensionem allegare non possit, *Carpz. part. 1. qu. 29. n. 91. & seq. & p. 4. Const. 9. Def. 2. & 3. Berlich. part. 4. Const. 17. n. 27.* hoc
 35 vero casu pœnæ ordinariæ, & per consequens huic proclamationi, locum non esse statuunt, tum propter justum dolorem, quem temperare difficillimum, tum quod ignoscendum sit ei, qui provocatus voluit se ulcisci, *Carpz. d. qu. 29. n. 75. & part. 4. Const. 10. Def. 1. Gailius lib. 2. Observ. 100. n. 11. & Observ. 140. n. 9. Finckelthaus. Observ. 37. n. 33.*
 36 *Berlich. part. 4. Constit. 17. n. 9.* Verum si rectè res inspiciatur, nulla, tam ratione pœnæ, quam ratione huius proclamationis, inter provocatum & provocantem constituenda est differentia, uterque enim in re illicita & legibus prohibita versatur, uterque etiam, dum, spretâ Magistratus autoritate, injuriam sibi forsan illatam vindicare satagit, dolo non caret. *Conf. Frantzkius lib. 1. resol. 23. n. 52. & seq. Dn. Struv. ad lib. 5. Decret. cap. 10. Obs. 2. Brunn. Proc. Crim. cap. 9. n. 62. Matthæi de Crim. ad lib. 48. ff. tit. 5. cap. 3. n. 8. Esbach ad Carpz. part. 4. Const. 10. Def. 1. & seq.*
 37 IV. Requirit, ut etiam certò de homicida constet, *Schottel. d. l. pag. 68. Carpz. part. 3. qu. 136. n. 102. & seq.*
 38 Hinc Jus Saxonicum requirit, ut delictum legitimè probeatur, *Art. 66. lib. 1. Land R. ibi.* Und selbst siebend soll ihn der Kläger der That überzeugen; unde forsan nata phrasis, die
 Ma-

Maleficantem ad Bannum besiebenen / das siebende Buch weisen: de qua phrasi vid. Wehner. in *Observ. pract. voce Besiebenen* / ubi subjicit, Besiebenen nihil aliud esse, quam per septem Sacramentales Juratos maleficium rei probatum reddere, & adducit formulam, anno 1400 scriptam, quâ Majores nostri, in casu des besiebenens uti solebant. Verum hanc probationem delicti per numerum septenarium, jam tum suo tempore in desvetudinem abiisse notat König, *proc. tit. Wie man die jenigen so freveln / und Ungerichte begehen etc.* nec hodie ea amplius requiritur, sed sufficit, modo ex inquisitione à Magistratu suscepta talia apparuerint indicia, ex quibus fugitivum delictum commississe concludi possit, de quibus indiciis latè Tabor. *tract. de ind. delict.* & in specie ad *Art. 25. Const. Crim.*

Utrum de nomine delinquentis constare debeat, quærit Carpz. *d. l. n. 103.* & existimat sufficere, si de reo quoad ipsius personam constet, licet nomen ignoretur; cum enim in citatione delinquens ex qualitatibus corporis & vestitu describi possit, inde colligit, etiam contra eum bannitorium Judicium formari posse; pro qua sententia est *Art. 62. lib. 2. Land. R. ibi Wüste Er des Friesdebrechers Nahmen nicht / Er beklage ihn unbenennet.* In contrarium quidem tendit *Art. 66. lib. 1. Land. R. in fin. ibi* Doch sol man niemand verurtheilen seinen Leib mit der Acht / noch mit der Ober-Acht / da Er nicht zu geladen / oder mit Nahmen eingekündiget ist. Verū glossator marginalis ita hos duos textus conciliat, ut *Art. 62.* præsupponat, reum ita descriptum & designatum esse, ut de persona illius nullum dubium alicui restare possit, quò casu, cum de persona certò constet, nomen non attendendum est.

Quo-

44 Quoniam itaque de persona delinquentis certò constare debet, dubium circa hanc proclamationem oritur, quomodo in casu, si à pluribus in rixâ vel tumultu homicidium commissum sit, & verus illius autor ignoretur, procedendum? Distinguendum esse reor, an omnes in necem alterius conspiraverint, an non; illò casu, cum omnes propter animum occidendi, quem habuerunt, pœnâ homicidii ordinariâ teneantur; *Const. Crim. art. 148. ibique Dd. Carpz. part. 4. Constit. 7. Def. 6. & part. 1. qu. 25. n. II. & seq. Mevius ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 8. Art. 8. in fin. Dn. Struv. Exerc. 49. Th. 63.* contra omnes etiam
 45 proclamatio expedienda; hòc verò casu, cum non constet eos animum occidendi habuisse, extraordinaria saltem obtinebit pœna, *Mevius d. Art. 8. n. 3. Carpz. d. constit. 7. Def. 1. & d. qu. 25. n. 34. Gailius lib. 2. Obs. 109. n. 1. Matthæi ad lib. 48. ff. tit. 5. cap. 3. n. fin.* & sic nec proclamationi locus erit.

V. Et ultimò requirunt, ut reus se in fugam con-
 47 jecerit, *Carpz. part. 3. qu. 136. n. 106. Schottelius d. l. pag. 68.* Unde cessat hodie hæc proclamatio, quando delin-
 48 quens statim in ipso delicto, antequam crimen pernoctetur, est apprehensus & incarceratus, cum ita nec citatione nec banno opus sit. *Carpz. d. l.* Similiter quando reus
 49 per defensorem exhibitò mandatò comparet in iudicio, delictum confitetur, & ad deducendam defensionem se offert, ac salvum conductum petit, hæc proclamatione non est opus. *Carpz. d. l. n. 107. König pro tit. Wie man den Thäter nach übernächtiger Mißhandlung in die Acht erklagen sol.* Quamvis enim in delicto manifesto & notorio salvum conductum alias non admittant, *Colerus*
 50 *de*

de process. execut. p. 4. c. 1. n. 231. & ibi Dd. quia tamen per ob- s 1
 lationem ad defensionem deducendam processus aliquô
 modô redditur dubius, (indicat enim bonæ causæ fidu-
 ciam,) verius est, huic saluum conductum, tam gene-
 ralem, quàm specialem, præstitis tamen præstandis, non
 esse denegandum. Brunn. proc. crim. cap. 8. memb. 6. n. 19.
 Carpz. part. 3. qu. 112. n. 32. & seq. Mevius part. 1. Dec. 3.
 præprimis, cum per hanc securitatis concessionem Ma- s 2
 gistratui non præjudicetur, sed ei libera semper ma-
 neat potestas, si reus se non sistat, ac in fugâ perseveret, hanc
 Proclamationem & Bannum contra eum decernendi.
 Carpz. d. l. n. 35. Mevius d. l. n. 7.

Sed quid si delinquentis parentes vel consanguinei s;
 pro fugitivo intercedant, ac ejus defensionem in se susci-
 piant, ane hoc casu proclamationi locus sit? Quæstionis
 est; Negandum hoc primâ fronte videtur, cum per hanc s 4
 proclamationem non solum ipsius rei, sed & ejusdem
 propinquorum, totiusque familiæ fama & opinio mul-
 tum gravetur, & dedecore maculâve afficiatur, Colerus
 part. 1. Dec. 108. n. 17. ignominia enim quæ alicui contin- s 5
 git, non pertinet tantum ad ipsius inculpati infamiam,
 sed & ad dolorē injuriamque ipsius liberorum vel propin-
 quorū, L. 1. & 2. ff. de Liber. caus. insuper non præcisè præ- s 6
 sentiâ delinquentis opus videtur; nam & per procura-
 torem, (quidni ergo per consanguineos aut parentem)
 reos capitalium criminum absentes defendi, Leges pu-
 blicorum Judiciorum permittunt. L. 3. C. de Accus. cujus
 rationem reddit Ulpianus in L. 33. §. 2. ff. de procur. Add.
 Cothman. Vol. 3. Resp. 15. Arumæus Dec. 7. & ab his alleg.
 Dd. Verum quoniam propter dolorem propinquorum s 7
 D delin-

delinquentes nullam impunitatē merentur, dein hæc pro-
 clamatio de substantiâ processus contra homicidam fugi-
 58 tivum instituti esse dicitur; Defensor etiam delinquentis
 absentis, (si delictum talè, cuius pœna in absente exequi
 nequit, quale homicidium esse apud omnes in confesso
 est) non aliter admittitur, quàm ad allegandas tantum
 causas absentia; (quam defensionem minus plenam vo-
 59 cant Dd.) & proinde non ad excusandum ipsum deli-
 ctum: vid. Tabor. *Vol. 2. Tract. de Confront. in. Coroll. de*
defens. rei abs. pag. 423. & seq. Brunnē. *proc. Crim. cap. 8. membr.*
6. n. 4. & seq. Carpz. *part. 3. qu. 105. n. 25. & seq.* uti cum
 textibus supra in contrarium allatis conciliant. *L. pen. §.*
 60 *1. ff. de publ. Judic.* certò certius est, hanc proclamatio-
 nem ad instantiam consanguineorum fugitivi omitti non
 61 posse; Carpz. *qu. 136. n. 112.* quamvis Judici non dene-
 ganda sit facultas, donec super causis absentia; allegatis
 pronuntietur, & appareat, an delinquens in fuga perseve-
 rare, an redire malit, hanc proclamationem per aliquot
 tempus differendi. Carpz. *d. l.*

CAPUT IV.

DE

FORMA PROCLAMATIONIS
 ET SUBSEQUENTIS BANNI, SIVE QUOMO-
 DO PROCLAMATIO ET BANNUM
 FIERI DEBEANT.

Summaria.

| | | | |
|--|------------|-------------------------------------|------------|
| Connexio. Forma Proclamationis & Banni va- riat. Requiritur ut Judicium Criminale so- lenniter constituatur. | n. 1. | Quomodo constitui debeat? remissive | n. 6. |
| | n. 2. seq. | An hæc Solemnia præcise observanda? | n. 7. seq. |
| | n. 4. seq. | In hac urbe non observantur. | n. 10. |
| | | Quo- | |

| | | | |
|--|-----------------------|--|-------------|
| Quomodo in praefectura constituitur Judicium Criminale. | n. 11. | An & Carnifex ad Proclamationem ad- mittatur? | n. 27. seq. |
| Quid sit Ding? | n. 12. 14. seq. | Quis in his locis Proclamationem per- agat? | n. 30. |
| Præcedit alicubi sermo funebris. | n. 13. | Quomodo olim facta Proclamatio? | n. 31. |
| Quare der Ding-Boigt teneat gladium? | n. 15. seq. | Quomodo hodie fiat? | n. 32. seq. |
| Locus ubi hoc judicium constituitur, quis sit. | n. 16. seq. n. 18. | Proclamationem sequitur Bannum, cu- jus formalia recensentur. | n. 35. seq. |
| Est sub Dio, & quare? | n. 19. seq. | Alia formula Banni in hac Praefectura u- sitata. | n. 38. |
| Quid sit Mallus? | n. 22. | Modus procedendi ad Bannum in hac ci- vitate solitus. | n. 39. |
| Persona proclamans alicubi appellatur der Bluh-Redner. | n. 23. | Formalia Banni hic consueta. | n. 40. |
| Hec olim erat aliquis ex consanguineis occisi. | n. 24. seq. | Hic modus Furi convenientior est. | n. 41. |
| Hodie alius aliquis. | n. 26. | Alter tamen etiam sustineri potest. | n. 42. |

Quando itaque jurisdictio Magistratus, tam ratione Imperii, quam ratione fori, fundata, ipsumque delictum ita, quemadmodum præcedenti capite dictum, comparatum est, ipsa sequitur Proclamatio, eamque concomitans Bannum. Monendum autem hic in antecessum duxi, formam hujus Proclamationis & Banni non ubique esse eandem, sed circa eam mores locorum variare; Unicuique enim loco sua in hoc processu confirmata est consuetudo; *Const. Crim. Art. 87. ibi mit dem Beschreien des Beklagten soll es nach eines jeden Orts gute Gewonheit gehalten werden*: Unde si discrepantem unius alteriusve loci forsitan ab illis, quæ hic traduntur, reperies observantiam, ne mihi L. B. indigneris, rogo; qui ea tantum, quæ apud Dd., Carpzovium scilicet & König, quos duos modo de hac materia aliqua, pauca tamen, in scriptis suis, ille in praxi criminali, hic in processu, protulisse mihi constat, cum iis, quæ hic loci observantur, adducere volui.

D 2

Re-

4 Requirunt autem modo dicti Dd. ut, adducto in locum Judicii cadavere occisi, ale antequam Proclamatio hæc fiat, judicium criminale solenniter constituatur; Priusquam enim hoc judicium constitutum, nec Judex pro competente habetur, nec potestatem judicandi habet, *art. 59. lib. 1. Land R. ibi ohne ob man auf ihn um eigen / oder auf einen schöppenbahren freyen Mann Ungerichte flage / das mag der Richter nicht richten / den allein zu rechter Ding Stätt /*
 5 und unter Königs Bann / unde Glossa Germanica *ad d. art. verb. so flage ein jeglicher / infert, per ejusmodi solennem judicii criminalis constitutionem, judicem demum fieri competentem, ac inde potestatem judicandi consequi, ibi den alsdan ist der Richter ein Richter / und nicht ehe / den vorhin ist er einera andern schlechten Mann gleich geachtet. Conf. Carpz. part. 3. qu. 136. n. 23. & 48.*

6 Solennem Constitutionis modum juxta præscriptum *Const. Crim. Art. 82. & 84. exponit Carpz. d. qu. 136. n. 8. seq.*
 7 cui tamen in eo, quod ibi numero 4. statuit, ac si hæc solennia tantæ necessitatis essent, ut iis strictè non observatis, executio plane irrita ac nulla reddatur, assentiri
 8 non possum; nec enim ad substantiam processus criminalis pertinent, sed tantum adhibentur, ut major judicio criminali autoritas concilietur; nec Imperator Carolus V. ita omnibus indistinctè Constitutionem Criminalem obirudere voluit, ut omnes eòsque observatæ consuetudines annullatæ esse deberent, sed potius uniuscujusvis loci mores receptos, quatenus ab hac constitutione discreparent, salvos permanere jussit. *Const. Crim. præm. vers. Doch wollen wir ibi an ihren alten wolher gebrachten rechtmäßigen und billigen Gebräuchen nichts benommen haben.*
 Unde

Unde patet ex eo, quod in hac civitate non ita solenni-¹⁰
ter iudicium Criminale constituatur, sed ille tantum, qui
Judicis personam representare iussus est, unà cum duo-
bus Senatoribus, quibus inspectio Iudicii à Senatu com-
missa, in certo ad id constituto loco, *vor der Waage* / absq;
ullis aliis solennitatibus confideat, proclamationem fa-
ctam & subsequutam declarationem Banni, pro nullis ac
irritis, si cætera observentur, iudicari non posse.

In Præfecturis verò hujus Ducatus adhuc necessum ¹¹
est, ut iudicium criminale prius solenniter constituatur,
das das Noht-Dinge vorhero öffentlich geheget werde (Ding ¹²
majoribus nostris denotavit Iudicium, *Art. 2. lib. 1. Land R.*
Schottel. de sing. quib. in Germ. Jurib. cap. 28. §. 15. Besold.
Theaur. pract. voc. Ding / hinc Noht-Ding dicitur Iudicium
Criminale.) quanquam & alicubi moris sit, ut sermo ¹³
quidam funebris, brevis tamen, hanc constitutionem præ-
cedat. Constituunt hoc iudicium per solennem inter-¹⁴
rogationem & responsionem, cujus formalia deprehen-
des *in tract. dat Holsten Land-Recht* / so gehalten is im Jahr
1649. & in *Fuchs tract. Holsteinisch Ding und Recht* / circa
fin. (nam idem constituendi iudicium modus observatur
in criminalibus, qui in Civilibus,) der Ding Vogt / der Vors-¹⁵
sprach und der Abfinder / quorum ille der Dings-Vogt me-
dius inter duos assessores confidens gladium inter ge-
nua positum manu tenet ; gladius enim non tantum a-¹⁶
pud Romanos merum Imperium denotavit, *L. 3. ff. de*
Jurisd. l. 16. §. 8. ff. de Offic. Praef. sed & veteribus Germa-
nis signum Jurisdictionis Criminalis, & Banni, uti voca-
bant, Regii fuit, *Dn. Rhetius de Statuis Rolandinis cap. 3. n.*
21. & 31. Hi vero, nempe der Vorssprach und der Abfinder /¹⁷

stantes in loco iudicii in denen Dingstocken haltam erectam tenent.

- 18 Locus ubi hoc iudicium constituitur, aliquando est, ubi homicidium commissum, aliquando, ubi sepelitur occisus, aliquando etiam in locis, ad jus reddendum alias constitutis, in denen gewöhnlichen Ding-Stätten / da sonst allezeit Ding und Recht gehalten wird; semper tamen sub Dio, unter freyen öffenem Himmel / more à veteribus Germanis derivatô: Hi enim omnia sua iudicia sub Dio habuerunt, ad removendam omnem timoris metusve suspicionem, & ut Iudex, oculis in cœlum erectis, Dei præsentia admoneretur, ac ad rectè iudicandum induceretur: Schottel. *d. l. cap. 4. pag. 114. §. 5.* ac ibi alleg. Gryphiander *de Weichbild. Sax. cap. 66. n. 2.* & hinc ut subditis ad illud iudicium pertinentibus, denen Ding-Pflichtigen / constare posset, in quo loco conveniendum esset, certum signum, velut lapidem, arborem, perticam vel crucem ligneam, quibus gladium aut manum, imperii indicium apponebant, erigebant, à quo signo, Germanis Mahl dicto, locus iudicii Mallus appellari consuevit. Conring *Diss. de iudic. Reip. German. §. 28.* Dn. Rhet. *d. l. cap. 3. n. 19.* Crusius *in not. histor. ad diplom. Caroli M. Truttmanno Westphal. Comiti dato n. 33.* Schottel. *d. cap. 4. pag. 111. & seq.*
- 23 Constitutô hâc ratione iudiciô criminali comparet Vindex sanguinis, homicidam fugitivum ad supplicium citans, quem quod horrendam ipsius vocem supplicium nocentis brevi plerumque insequatur den Bluts Redner oder Blutschreyer alicubi appellare solent. Wehner *Obs. pract. Voce Acht-Gericht.* Schottel. *d. tr. cap. 3. §. 5.*
Hanc

Hanc personam juxta dispositionem juris Saxon. aliquis²⁴
 ex occisi cognatis, qui accusationem instituerat, olim su-
 stinebat, art. 63. lib. 1. Land R. ibi Da sahe ich selber ihm
 selbst/ und beschreye ihn mit dem Geruffe / quod etiam in-
 nuit König *proc. tit.* Wie der Richter sein Peinlich Hals Bes²⁵
 richt hegen sol ibi mit dem Zetter Geschrey oder Geruffte / wie
 es die Sachsen nennen/ pfleget man ein Gezäncke zu haben/ daß
 die Beklagten und ihre Freundschaft wollen/ daß der Kläger
 das Zetter Geschrey in eigener Person thun solle ; Verum re-²⁶
 cessit ab hâc juris Saxonici dispositione hodiernus usus
 qui hanc proclamationem per certum ad id constitutum
 præconem, alicubi etiam per carnificem, admittit. König
d. l. Carpz. d. qu. 36. n. 31.

Existimat quidem König *d. l.* proclamationem per²⁷
 carnificem tunc demū fieri debere, quando reus convictus
 est de crimine, si vero nondum convictus esset, alium es-
 se adhibendum *verbis.* Wo aber der Thäter ein redlich Mann
 ist/ und hätte die That noch nicht bekandt/ ist auch noch nicht
 überwunden / da sol der Bluh Redner/ oder ein ander das Zets-
 tergeschrey thun/ und nicht der Scharffrichter / ex eâ forsan
 ratione, quod per hanc proclamationem aliqua macula
 proclamato infligatur ; Præter necessitatem tamen meo²⁸
 judiciô erat, hanc adjecisse restrictionem, cum tali in ca-
 su, si non certò constet de homicidii autore, & homici-
 dium non ita comparatum, ut ordinaria pœna eapropter
 infligi possit, huic proclamationi, quemadmodum præ-
 cedenti capite dictum, non sit locus, & si forsan per im-²⁹
 peritiam Judicis tali casu ad proclamationem deventum
 fit, nulla exinde in proclamatum redundet infamia, ne-
 que enim ictus fustium infamat, sed causa, *L. 22. ff. d.*
his

his qui not. inf. L. 16. C. ex quib. caus. infam. irrogetur, nec iniusta etiam tortura ullum existimationi afferat detrimentum
 30 *L. 14 C. Eod.* Apud nos tamen Carnifex non admittitur, sed in iudiciis rusticis, (in hâc enim Civitate præter simplicem homicidæ fugitivi accusationem, quæ fit à ministro Iudicii, fiscalis vices gerente, postquam carnifex ter verbum Unlust protulit, nihil addi solet,) proclamationem unus ex illis, qui iudicium constituunt, einer von den Ding Bögten/ peragit.

31 Postquam hæc persona proclamandi licentiam accepit, olim juxta König. hic modus fuit observatus, so tritt alsden der Kläger für/ und bittet ihm den Frohnbohten zu leihen/ daß Er/ der Frohne/ seine/ des Frohnen/ geschliffene Wehre ausziehe/ und ihm/ dem Kläger/ dieselbige mit gewapneter Hand fürtrage. Und darnach gehet das Gerüffte/ daß ist das Zetter Geschrey/ drey mahl/ als nehmlich Zetter über N. als Thäter/ das er N. wieder Gott und Recht vom Leben zum To-

32 de gebracht. Apud nos verò formalia paulò aliter se habent, quando enim trinis vicibus occisor citatus, nec ipse, vel in propria persona, vel per defensorem comparuit,

33 quærit der Ding Bogt ab altero, quem den Abfinder vocant, ick frage Ordel unde Recht/ wor ick Ja unde Wapen over sienē sc. Homicidæ Hals ropen schall/ &, annuente hōc, pergit

34 ac tribus vicibus repetit, so dhoe ick idt/ also idt my tho recht funden is/ unde rope Ja unde Wapen over sienen Hals/ over de groote Gewalt/ de he gedahn heffe in mynes gnädigen Heren unde Forsten Gode/ also he nich scholde. Clamore hoc per-

35 actō, pergit quærere der Ding Bogt/ ick frage Ordel unde Recht/ wor ick nich dreemahl so bescheedlicken Ja unde Wapen over sienen Hals ropen hebbe/ dat de Dinge Bogt em fredeloh leggen möchte/ Heer Bogt latet my dar up Delen finden/wat recht is.

is. Cui respondet der Abfinder / Heer Vogt wil gy dat Ordel ³⁶
 unde dat Landrecht weten / gy hebben em wol so beschedlicken be-
 schryven / de Dinge Vogt schal em fredeloh leggen / ydt gah
 dat wedder umme fort wat recht ys : Et tunc sequitur ipsum ³⁷
 bannum, quod der Dinge Vogt sarcophago insiftens &
 gladio eum pulsans ter pronunciat, his formalibus, so
 dhoe ick alse ydt my tho recht funden ys / legge ick dissen vörbe-
 nöhmten Mann fredeloh / in Wischen unde Weyden / in Kar-
 cken unde Klüsen / in allen Gadeshüsen / over Sand unde Land /
 bet dat he kumpt unde deit Liecke unde Recht / vor de Gewalt de
 he gedhan hefft : quæ formula in præfectura Rensbur-
 gensi ac in Marfia Steinburgensi observatur. In Præfe- ³⁸
 cturâ hâc Kiliensi, & Neo-monasteriensi Districtu, paulo
 plenior formula ita habet ; Ick bahne N. N. in Karcken
 unde Klüsen / unde allen Gadeshüsen / up Karck Wegen / up Marx-
 Wegen / in Wischen unde Weyden / oder wo he wart angedrapen /
 dat he schal van des Entliefften N. N. Fründen gehatet / unde
 nich under de Fründschop geleden werden / he hebbe sich dan vor-
 her mit de Fründschop uhtgesöhnet : So schölen dock des Dood-
 schlägers Fründe nich kahmen / wo des Doden Fründe sien / son-
 dern schölen sich ehrer gänzlich entschlagen / unde ehre Gesellschop
 mieden / bet so lange se sich mit den Fründen verdragen.

In hâc verò Civitate modus procedendi his in casi- ³⁹
 bus aliquantum ab his discrepat ; postquam enim delin-
 quens ter â fiscale, cujus personam unum ex ministris
 iudicii representare antea dictum, citatus, nec in perso-
 nâ, nec per aliû comparuit, alius terminus 6. septimanarû
 ipsi, & quidem peremptorius, præfigitur, ad quem denuo
 per Proclama, quod é suggestu publicatur, citatur ; quod si
 verò nec eo in termino se sistat, ad bannum proceditur, cu-

E jus

40 jus sententiam ille qui judicis vices gerit, hunc in modum profert ; dieweil der Handhäter N.N. auf die unterschiedliche Citation nicht erschienen / auch seinenthalben niemand eingeschicket / so lege ich gemeldten N. N. den Handhäter von wegen Ihr. Königl. Majest. zu Dennemarck / auch Fürstl. Durchl. zu Schleswig Holstein Gewalt / auch von wegen eines Erbahren Rahts der Stadt Kiel / in diesem Gerichte / in allen Lübschen Gerichten / auf Stegen und Wegen / in Kirchen und Klausen / in allen Gottes Hausern friedeloh zum ersten mahl / zum andern mahl / zum dritten mahl / ubi semper priora verba reperuntur. Qui modus procedendi etiam Juri convenientior est, cum de jure Saxonico aliàs delinquens, in primo termino emanens, tantum condemnetur usque ad legitima impedimenta, ad docendum scilicet quare in primo termino emanerit, bis auf Ehehafft / in secundo verò termino demum ad absentiam delinquentis sententia banni promulgetur ; Carpz. part. 3. qu. 140. n. 74. seq. Quanquam & 42 ille in judiciis rusticis receptus procedendi modus ubi primo statim in termino ad bannum proceditur, ex eo sustineri queat, quod talis homicida, quem re verã & dolosè homicidium commisisse constat, nullas de jure validas allegare possit absentiae causas.

CAPUT V.

DE

FINE ET EFFECTU PROCLAMATIONIS ET EAM SUBSEQUENTIS BANNI.

Summaria.

Finis hujus Proclamationis est, ut de- **U**t alii ab ejusmodi delictis absterreantur.
 dictum innotescat. n. 2. tur. n. 3. An

702
CAP. V. DE FINE ET EFFECTU PROCLAM. ET EAM &C: 35

| | | | |
|--|--------------------|--|--------------------|
| <i>An etiam ut occisi manes placentur?</i> | <i>n. 4. seq.</i> | <i>An bannum etiam concernat homicidae consanguineos?</i> | <i>n. 25. seq.</i> |
| <i>An Bannum unicuique potestatem concedat delinquentem impune occidendi.</i> | <i>n. 11. seq.</i> | <i>Olim de Jure Saxonico in Crimine non pernoctato bannitus, postea deprehensus, non poterat relaxari sub cautione fidei iusforia.</i> | <i>n. 29.</i> |
| <i>Negatur.</i> | <i>n. 13.</i> | <i>Sed in continenti puniebatur.</i> | <i>n. 30.</i> |
| <i>Unusquisque potest homicidam bannitum capere, & executioni iudicis tradere.</i> | <i>n. 16.</i> | <i>Secus in Delicto jam pernoctato.</i> | <i>n. 31. seq.</i> |
| <i>Quid denotent verba friedeloß legen?</i> | <i>n. 17.</i> | <i>Hodie relaxatio delinquentis est in arbitrio Iudicis.</i> | <i>n. 33. seq.</i> |
| <i>Unusquisque Magistratus potest homicidam punire.</i> | <i>n. 18.</i> | <i>Nec Delinquens in ipso facto deprehensus in continenti punitur.</i> | <i>n. 35. seq.</i> |
| <i>An obligatus sit alius Iudex ad remittendum homicidam Iudici banniti?</i> | <i>n. 19. seq.</i> | <i>An transactio Banniti cum occisi consanguineis liberet à pœna ordinaria homicidii.</i> | <i>n. 37. seq.</i> |
| <i>An propter hoc bannum unusquisque Magistratus homicidam punire teneatur?</i> | <i>n. 23. seq.</i> | <i>Negatur.</i> | <i>n. 40. seq.</i> |
| | | <i>Conclusio.</i> | <i>n. 45.</i> |

Consideratis hucusque pro instituti ratione proclamationis & banni causa efficiente, objecto & forma, restat ut paucissimis quoque scopum & finem utriusque adjiciam. Quod itaque Proclamationem attinet, illam non tantum eò tendere existimo, ut homicidium commissum cum omnibus suis qualitatibus ac vero ejus autore omnibus innotescat, quod vix commodius fieri posse judicarunt Veteres, quam institutò hòc solenni judiciò; Sed & ut aliis per hanc proclamationem terror incutiatur, illique à similibus delictis deterreantur, Carpz. *part. 3. qu. 136. n. 14.* nec enim ipsi delinquentes tantum per pœnas castigantur & emendantur: *L. 20. ff. d. pœn.* sed & alios metus pœnæ cognitæ, quo minus in idem vel aliud simile delictum proruant, detinet. *Gellius Noct. Attic. Lib. 6. cap. 12.*

E 2

Utru-

4 Utrumne & veteres hæcratione animam occisi, quam occisori indignari infensamque esse credebant, placari posse existimarint, certò quidem asserere non audeo; à vero id tamen non adeò discrepare suspicari licet. No-

5 vimus enim ex Veterum scriptis, & imprimis ex Platonis *Dialog. de LL.* olim creditum esse interfectum vi hominem, (ut verba Platonis habent) qui liberè vixit, interfectori proximò statim post mortem tempore irasci, ac, propter violentam mortem, terrore turbationeque plenum, (maximè si viderit interfectorem inter suos more solito vivere,) interfectorem ipsum ejusque actiones, vim ad hoc suppeditante memorià, cunctis viribus terrere

6 atque turbare: Et hinc Svetonius testatur, Neronem sapius confessum, exagitari se matris suæ, quam occidendam curaverat, specie, ac verberibus furiarum & tædis ardentibus, eamque ob rem, factò per magos sacrò evocare maternos Manes eosque exorare tentasse; ut alia exempla, quæ passim apud Livium, Svetonium, Plutarchum, & alios Scriptores occurrunt, ubi piacula ad placandos occisorum Manes adhibuerunt, in præsens taceam,

8 quæ & apud Germanos veteres, quos Tacitus superstitioni admodum obnoxios fuisse refert, non defuisse, omnino vero simile est. Sed cum hæc omnia ideo credita fuerint, quod corporeis affectibus animas à corporibus sejunctas penitus non destitui falsò putarint, ita hodie nequaquam

10 existimandum est, hunc in finem adhuc hanc proclamationem fieri, post mortem enim anima à corpore sejuncta interfectori amplius succensere vel irasci non potest, utpote in tali loco constituta, ubi, quæ in hæc vita aguntur mortalibusque eveniunt, conspiciere vel audire nequit.

quit, ac proinde ut hâc proclamatione placentur occisi Manes opus non est.

Quod verò bannum concernit, existimant quidem ¹¹ nonnulli, concedi ita unicuivis facultatem homicidam bannitum, quocunque in loco eum deprehenderit, impunè occidendi, formulam banni ita explicantes, prout etiam ¹² alibi concipi solet; Das Er aus dem Frieden in Unfrieden gesetzt/ sein Leib und Leben/ wie eines Vogels in der Luft/ jedermann gemein/ und in denselben Gerichten erlaubet wird/ Das Er ohn alle Straffe entleibet und vom Leben zum Tode gebracht werden/ und daß sich niemand daran verfreveln könne: Vid. König *proc. tit. Urtheil und Erklärung der Acht. Wehner. Obs. pract. voc. Acht. Theodoric. Colleg. Crim. Disp. ult. tit. 4. lit. A. Coler. part. 1. Dec. 108. n. 2.* quod etiam innuere videtur Constitutio nostra Provincialis *part. 3. tit. ult.* Verum rectè notat Carpz. *part. 3. qu. 140. n. 135.* probè ¹³ distinguendum esse inter Bannum imperiale, & inter Bannum, quod nostro in casu contra homicidam fugitivum decernitur, nec effectum banni Imperialis huic banno adaptari posse; siquidem contrarium, quod scilicet ¹⁴ bannitus hōc modō occidi nequeat, expresse dispositum *art. 38. L. 1. Land R. ibi so daß ihm mit der Acht niemand seinen Leib nehmen mag;* & juris quoque indubitati est, non esse permittendum privatis, quod per magistratum publicè fieri debet *L. 176. ff. de Reg. Jur. nec existimo,* verba ¹⁵ banni etiam Imperialis adducta, ita crudè intelligenda, sed potius hōc modō explicanda esse, quod ipsi bannito, si quis corpori vel bonis ipsius vim intulerit, nulla detur actio, ex quo tamen non sequitur, quod bannitus impunè à quovis occidi possit. Hoc itaque tantum vult hæc pu- ¹⁶

E3

blica



38 CAPUT V. DE FINE ET EFFECTU PROCLAMAT.

blicatio banni, ut ab unoquoque in territorio bannientis homicida capi & executioni iudicis tradi possit: Carpz. *d.l.n. 95.* quod aliàs absque præstitâ cautione non licebat, *Const. Crim. art. 12. 13. 14. & ibi Stephani*: Add. Richter *ad Auth. Si vero C. ad L. Jul. de adult. n. 14.* Atque hoc satis innuit illa loquendi formula *daß der Thäter friedeloff geleeget wird*; quorum verborum sensus hic esse videtur, ut in posterum bannitus non amplius sit securus, sed inquietationem ac capturam semper eum metuere oporteat; Carpz. *d.l.n. 98.* Quin & alii Magistratus simul rogati censentur, ut delinquentem, in suâ Jurisdictione deprehensum, carceri includant, ac ad commeritas pœnas trahant; locum enim deprehensionis etiam in Criminalibus forum competens tribuere supra *cap. 2.* dictum est.

19 Non tamen existimarem, hos magistratus, qui istiusmodi bannitum in suâ jurisdictione deprehenderunt, ea propter obligatos esse, ut delinquentem ad iudicem bannientem remittant. Quamvis enim Reip. intersit scelera eo in loco puniri, in quo perpetrata fuere, ac de Jure Romano necessitas remittendi delinquentes Magistratibus injuncta reperiatur, *L. 7. & 11. ff. d. Custod. & exhibit. reor. L. 1. C. ad L. Jul. repetund. Nov. 134. cap. 5.*

20 Hodiè tamen ubi unusquisque jure propriò ut plurimum jurisdictionem habet, ac necessitas illa remittendi desit & urbanitatis tantum remissiones esse cœperunt. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 16. n. 30.* Carpz. *part. 2. cap. 22. def. 3. n. 5. & part. 3. qu. 110. n. 53. seq.* Mevius *part. 9. Def. 109. art. 2.*

21 & *ad Jus Lubecense Lib. 4. tit. 4. art. 15. n. 7.* nisi pactis vel consuetudine aliud receptum sit, sola banni promulgatio remissionem, alterò Magistratu invitò non operabitur:

Mevius

Mevius *part. 6. Dec. 218. n. 6.* nam & volens magistratus alteri non nisi receptis literis reversalibus gratificari solet. Dn. Fritsch. *tr. de liter. reversal. cap. 10. n. 3. ibique alleg. Dd.* Illa vero formula, quâ delinquens (ut verba habent) ²³ in allen Lübischen Gerichten friedeloh geleet wird/non quidem imponit necessitatem omnibus Magistratibus Jure Lubecensi utentibus apprehendendi homicidam, nam ita extra territorium jus dicere intenderet magistratus noster, cui impunè non pareretur *L. fin. ff. de jurisd. Add. L. 7. §. 1. 6. & 10. ff. de relegat.* unusquisque tamen magistra- ²⁴ tus non tantum officii ratione ad apprehendendum & incarcerandum homicidam bannitum facilem se præbebit, Carpz. *part. 3. qu. 110. n. 73. seq.* sed & eò magis paratus ad hoc erit, dum ab alio magistratu simili in casu parem opem sibi pollicetur. Mantzius *Dec. Palat. qu. 100. n. 23.*

Quæ in formula banni, hisce in præfecturis usitatâ, ²⁵ occurrunt verba ; so schölen doct des Dodeschlägers Fründe nich kâmen/woor des Doden Fründe syen etc. antiquam adhuc respiciunt harum Provinciarum observantiam, ubi bannum ad nonum usque consanguinitatis gradum extensum fuisse accepimus. Nam cum olim apud Cimbros ²⁶ homicidium non puniretur ultimò suppliciò, sed certò datò Werigeldò expiari posset, per insolentiam cognatorum occisi illud Werigeldum non tantum ab ipso delinquente, sed & ab ipsius consanguineis, prout opibus pollebant, exigì cœptum est, quos in præsentissimum vitæ periculum sæpissimè ea propter adductos esse scribit Anton. Heimreich *Erneuere. Nord. Preuss. Chronick. l. 2. c. 11.* Cui- ²⁷ jus verba, cum hic Autor non in omnium manibus sit, haud pigebit adscribere : Massen den daher weylandt geschehen/

sehen/ daß wen ein Todtschlag ist begangen worden/ die Bluts-
 freunde / so dem Thäter am nächsten verwandt oder am besten
 bemittelt gewesen/ eben so wol/ als der Thäter selbst / schuldig
 seyn gehalten worden/ und herhalten müssen. Weßhalben sie
 auch offtmahls/ ehe sie was davon gewußt/ von des Entleibten
 Freunden und Bluts Verwandten/ seyn überfallen/ zum öfftern
 niedergeschlagen/ oder in Verhafft und Eysen genommen/ biß sie
 die angestellte Mannbusse ausgeleget/ und also mit den Freun-
 28 den wiederum seyn versöhnet worden. Sed rectissime ho-
 die hæc mutata sunt, nam & pœna homicidii, uti notissi-
 mum est, capitalis obtinet, nec homicidæ consanguinei
 amplius ex cognati delicto conveniri possunt, cum deli-
 cta suos debeant tenere autores *l. 22. C. de pœn.* & alter al-
 terius delicto prægravandus non sit *L. 33. §. 1. C. de Inoffic.*
testam. l. fin. ff. ad Sc. Syllan. ut proinde hæc verba nihil
 amplius operentur.

29 Olim de Jure Saxonico diversi quoque, pro diversi-
 tate homicidii pernoctati & non pernoctati, ex hoc ban-
 no oriebantur effectus: Si enim delictô nondum per-
 noctatô proclamatio cum banno facta, reus post aliquod
 temporis intervallum deprehensus, & carceri mancipa-
 tus, sub cautione fidejussoriâ relaxari non debebat, *Art.*
66. Lib. 1. Land R. & Gloss. ad Art. 70. Lib. 1. Land R. verbis
 30 *allzuhand*; imo quod magis adhuc erat, in continenti, si in
 fuga deprehensus, pœnâ ordinariâ homicidii affici pote-
 rat, *art. 55. & 66. lib. 1. Land R. Glossa ad d. art. 70. verb.*
handhaffte Thät. Zobell. ad d. art. 55. lit. D. ubi se vidisse
 31 occisorem eodem tumultu sepeliri dicit. Quod si verò
 jam crimen pernoctatum esset, & sub cautione fidejus-
 soria

705.

foria delinquens deprehensus e carcere relaxabatur *art. 9. lib. 2. Land R. König process. ist. vom Reichlichen Vorstande* & prius 32 legitimè de delicto convinci ac condemnari, quam ad supplicium raperetur, debebat. *Coler. part. 1. Decis. 107. n. 14. seq. Carpz. part. 3. qu. 136. n. 37. & seq.* Verum hæc differentia hodie non amplius attenditur, nec enim circa relaxationem delinquentium sub cautione fidejussoria distinguitur inter delictum pernoctatum & non pernoctatum, *Carpz. d. qu. 136. n. 34. 84.* sed arbitrio Judicis universa res committitur, qui consideratis probè omnibus ac singulis circumstantiis æstimat, an reus præstitis fidejussoribus e carcere dimitti possit, nec ne; *Dn. Struv. Synagm. Jur. Civ. Exerc. 47. §. 39. Brunnem. Repetit paratit. Wesenbec. ad tit. de fidejuss. qu. 12. Dn. Stryk. Vol. 1. Diss. de Carcere ad Custodiam cap. 2. n. 13.* Nec illico delinquens etiam in ipso facto deprehensus pœnæ subijcitur, sed ad defensionem per advocatum deducendam admittitur, quæ defensio delinquentis adeo privilegiata est, ut ne à summo quidem Principe tolli, *Brunnem. proc. Crim. cap. 8. membr. 3. n. 2. Carpz. part. 3. qu. 115. n. 1. & seq.* aut in delictis etiam notoriis & atrocissimis, ac ubi satis apparet nullam justam delinquenti superesse defensionis causam, denegari possit. *Brunnem. d. l. n. 6. seq. Carpz. d. l. n. 4.*


Colophonem jam imposito huic Dissertationi dubium occurrit circa formulam banni superius recensitam, *he hebbe sit den vorher mit de Fründs hop ubegeshner / bet so lange se sict mic den Frunden verdragen* an si delinquens transegerit cum consanguineis occisi à pœna & Banno absolvendus sit. Et quamvis hoc affirmandum videatur ab initio, quod hujus transactionis principalis finis sit, ut reus transigens sanguinem suum redimat, *L. 1. ff. de bon. eor. qui ant. Sent.* ac per hanc transactionem remittatur accusatio à parte offensa, absque accusatore vero nemo possit condemnari *c. 15. C. 12. qu. 1. Barbos Lib. 1. c. 14. ax. 1.* Nihilominus tamen contrarium verius est, cum hæc rationes tantum jus partis concernant, pars vero læsa transactione suâ ne tertio quidem, multò minus judici, præjudicare


F queat,

42 CAP. V. DE FINE ET EFFECTU PROCLAMAT. ET EAM &c.

- queat, quo minus delinquentem adhuc punire possit, Brunn.
Cent. 2. Dec. 84. & ad L. 16. C. de transact. n. ult. Heig Lib. 2. qu. 34. n. 8.
Mevius *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 8. Art. 1. n. 6. Carpz. part. 4. const.*
41 13. *def. 10. n. 1.* præprimis cum ex delicto dupliciter agatur, tam
ad satisfactionem partis læsæ, quam ad vindictam publicam
L. ult. ff. de privat. Delict. quarum actionum uti una alteram non
tollit, Tabor. *Racemat. Crim. 1.* ita, unâ licet sublatâ, altera adhuc
remanet. *Carpz. part. 3. qu. 148. n. 1. seq. Farinac. prax. Crim. qu.*
42 4. *n. 32. seq. Mynsing. Cent. 2. Obs. 79.* Quod etiam expressè vult
Constitutio Regio-Ducalis de anno 1636. betreffend die Ecclesi-
astica und Criminalia, quæ in der Landt-Gerichts-Ordnung p. m.
192. conspicitur, *ibi.* Solche Transactiones aber / das unschuldig
ge Blute von dem Lande / worin es vergossen / nicht abwaschen / viel-
weniger der ordentlichen Obrigkeit das Schwerdt / welches ihr von
Gott in die Hände gegeben / und desselben ordentlichen rechtmäßigen
Gebrauch hindert / und benimbt / als sollen solche und dergleichen Ver-
43 träge ins künfftige nicht attendiret werden. Et hoc ipsum in tan-
tum procedere existimo, ut nec admittendam censeam sen-
tentiam Pingizer. *qu. 4. n. 6.* aliorumque Doctorum, quos Carpz.
d. qu. 148. n. 23. allegat, ordinariam pœnam ob transactionem
cum parte læsa initam cessare, & extraordinariæ tantum locum
esse, statuentium; iniqua enim hæc sententia est, & nullô ju-
44 re nititur, cum pœna homicidii ab ipso DEO dictata sit capi-
talis, cui non aliter, quam si delinquens eam sustineat, satisfieri
potest. Brunn. *proc. Crim. cap. 9. n. 64. Carpz. d. l. n. 26. & 27.*

45 Atque hæc sunt, quæ de hac materia per modum Differ-
tationis Academicæ exhibere libuit, in quibus si quis multa
omissa, aut minus rectè posita, reperiet, hominem me esse co-
gitet, cum nemo mortalium, teste Seneca, invenietur, quem
non aliqua pars ignorantia attingat; ignorare verò,
juxta Baldi sententiam, non sit vitium,
sed natura.






ULB Halle 3
003 263 541



Sb.

1077





cet p
qua
l. 27
a in
pas
Pl
incl.
Qu
enni
gref
actio
is pr
com

Err
modo
e id g
Capit
Caus
ge Be
tut. I
temp
poris
mus



B.I.G.

Farbkarte #13

8

1692/1^a

4

P. 436

1 1/2

B. C. D.
DISSERTATIO JURIDICA
DE
PROCLAMATIONE
ET BANNO HOMICIDÆ
FUGITIVI,

Vulgò
Bann-Recht.

Quam
IN ILLUSTRIS
CHRISTIAN-ALBERTINÆ,
PRÆSIDE
DN. ELIA AUGUSTO STRYKIO,
I. U. D. & P. P.

Dno. Fautore ac Præceptore suo, omni
amoris ac observantiæ cultu perpetuò
devenerando,

In Auditorio majori, ad D. 22 Martii, MDCXCII.

Publicæ Censuræ exhibet
AUTOR ET RESPONDENS
DETLEVUS IOHANNES MAIOR.
Kiliâ - Holfatus.

KILIE,
Typis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.

